Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Trigesimo Piscium Gradibus. Cap. 15

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

deſſe eis ſtuduerit, his etiam fortunam liberalem, atq; propitiam ſe oſtendet, quapropter quamplures conſequentur dignitates, atq; bona patrimonialia, & ſemper vultionis gratia ſuos inimicos videbunt. Qui ſub lepre naſcentur, pauperes calamitatibuſq; pleni viuent, erunt pauidi atq; errabundi, eorum labores ſemper perperam euadent, & ſine fructu, talis enim eſt prædicti ſyderis natura.

De Trigeſimo Piſcium Gradibus.

Cap. XV.

Vltimum duodecim Zodiaci ſignorum ſignum Piſcis comprehenditur, eorum natura frigida, humenſque eſt, aquæ naturæ opitulans; in hoc exaltatur Venus, ſignumq; commune habetur. Sol in hunc ingreditur ſignum die 19. Februarij ibiq; vſq; ad 21. Martij moratur, terminum ponit cum his 30. gradibus totumq; ſolarem curſum, qui conſtat ex 360. gradibus Zodiaci vti in principio tractatus dictum à nobis fuit.

1

Cum primus aſcenderit Piſcis gradus, in cuiuſque natiuitate, homines naſcentes procliues ad curioſitatem, qui egregia corporis ſtatura compoſiti apparebunt, egregieque bonis facultatibus dotabuntur, filios ex ingeſtu accipient, cui ſi præſens fuerit Iuppiter, liberi, atque fortunati viuent, & quamuis in eorum natiuitate pauperes naſcantur, opulenti tamen euadent Oppoſitum eſſet ſi Mars, & Saturnus infauſtis oculis gradum illum reſpexerint; eorum ſtella Veneris, ac Mercurij naturam conſequitur.

Ad

2 Ad ſuſpicionem,& Zelotipiam naſcentes inclinat gradus iſte, qui itidem erunt timidi, & pauidi, at ſi præſentes dictis, gradibus fuerit Mars, aut Saturnus, vel maleficè eos inſpexerint, magnopere infortunati viuent, at cum Ioue, erunt animoſi, & ab eorum infortunijs liberi, quæ his prædominatur, ſtella gradibus Martis, Iouiſq; naturæ adhæret.

3 Impuros, libidinoſus, publiceq; concubinarios, hic gradus facit homines, at Mars ſi præſens huic fuerit gradui Lunaq; male collocata, cum aſcendente, & cũ Marte peſſimis ſceleſtibus vitijs contaminati erunt; Iuppiter; vel Venus tot tẽperabunt vitia, ſi beneficè aſcendentem inſpexerit, quæ his aſſiſtit ſtella gradibus, Saturni Mercurijq; naturæ accomodatur.

4

Effeminati molleſque, qui in eorum iuuentute nominis nota taxabuntur nefandi vitij, atque luxuriæ naſcentes in hoc gradu procreantur, dum his cum præſens fuerit, vel maleficè coniunctus alter infortuniorum, eos crudeliter mori coget violenta morte, at ſi eum Iuppiter, vel Venus fauentes aſpexerint, nequaquam violenta eos ſinet mori morte, atque ab enormibus dictis vitijs liberabit imò magna eos frui fortuna permittet; eorum ſtella graduum, Saturni, atque Mercurij naturam imitatur.

5

Optimo ingenio præditos, magnaque doctrina naſcentes hic gradus innuit; cui ſi gradui aſtiterit Venus, vel Mercurius, & hi coniuncti quomodocunque fuerint radio benefico luminaribus atque aſcendenti, homines procreat nobiles, atque diuites, qui longa fruentur vita,& honeſte viuent,iſti valdè grati erunt artificijs, & hanc ob cauſam à Regibus gratificabuntur, atque Principibus magnis, at fortunis non aſpicientibus benefice hos gradus,non ita gratificabuntur, quæ his prædominatur ſtella gradibus, Saturni, Mercurijq; naturæ adhæret.

6

Infortunatos parit naſcentes iſte gradus, cui ſi infortunæ benefico aſpectu haud aſtiterint, nec per corpus, nec per aſpectum Trinum, vel Sextilem; eos crudeliter à beſtijs laceratos mori coget, quod peius erit ſi infortunæ aſpicient dictos gradus aſcendentes malefice, illorum ſtella, Saturni naturæ adminiculatur.

7

Paulo minus inclinatos ad ea, quæ de ſexto huius ſigni gradu iam diximus homines facit hic, inquam, infortunatos, calamitatibuſque repletos, cui ſi gradui præerit Mars, vel quouis malefico intuitu cum reſpexerit, mortem ex beſtijs illatam ſentient, aut in maria à piſcibus deuorabuntur; at ibi Ioue benefico cum aſpectu commorante, minime à beſtijs offendetur; hunc

præ-

prædominans ſtella gradum; Saturni, Iouiſq; naturam ſequitur.

8 Bene diſpoſitos naſcentes gradus hic procreat, cui ſi Venus, vel Mercurius aſſociabũtur, magnopere Dei cultores atque Sancto eius timore ornati efficientur, bonoſque mores amplectẽtur, & ſuper omnia iuſti, longeuiq; viuent. Negotiatores euadent, Principumq; ſecretarij atq; rationales erunt, diuites peribunt, & honorati filios, quæ habebũt ſuperſtites, qui benigno vultu ab omnibus amabuntur propter ſuorum pratrum optimas qualitates; ſtella, quæ cadit ſuper hos gradus, Iouis, Saturniq; naturam deſumit.

9

Iuſti , timoroſi pij erga proximum ſuum naſcentes ab hoc inſinuãtur gradu , at ſi hunc gradum malefici infauſto radio videbunt, falſi criminis accuſati pœnas ferent, atq; infortunia; verum ſi ſeptimam poſſidebit Saturnus domum, ex oppoſito aſcendens reſpiciens, violenta eos mori morte curabit , oppoſitum eueniet ſi Iuppiter, vt Venus prædictos gradus beneficè reſpicient , quæ hos prædominatur ſtella gradus, Iouis, atq; Saturni naturę aſſimilatur.

10

Nobili animo , atq; maxima authoritate ornatos ſic naſcẽtes denotãtur, quibus ſi gradibus Luna bene collocata extiterit, ac pręciſe cum duabus fortunis, magis atq; magis potentes erunt ; hi nõ ſolum priuatis hominibus noti , ſuiſq; conſanguineis, verum à

Re-

Regibus etiam in notitiam venient, atq; exiſtimabuntur, cumq; hoc euenerit, magnas in Orbe terrarum videbunt Ciuitates, ijs magna tribuentur onera, tam Terræ, quam Maris, ſecunda fruentur fortuna Regum gratia, verum tandem eorundem cauſa Regum atq; iuſſu ex iracundia in eos orta violentam deguſtabunt mortem; eorum ſtella graduum, Iouis, Saturniq; naturæ aſſignatur.

31

In deſertis locis lacerandos à feris, ab hoc gradu homines deſignantur, vel etiam in humidis locis in eorum prima ætate, quare etiam filios vnquam habuerint, cui ſi infortunæ malefice aſſociabuntur aſpectum, eo magis violenta patientur mortem, at Iuppiter, vel Venus, niſi illum benefice aſpexerit gradum, eos à violenta morte immunes reddent; eorum ſtella prædominans Iouis, Saturniq; naturæ accomodatur.

12

Homines in aquis degere, qui ſe delectabunt, ac in ijs piſcatores hic gradus docet, iſti in eorũ iuuentute phrenitici peribunt, at Ioue, vel Venere benigno radio gradũ hunc intuẽtibus, haud phrenitici obibunt, nec in eorum iuuentute, verum longeui, fortunatique viuent; horum graduum ſydus naturæ Mercurilis, ac Saturninæ eſt.

13

Amabiles, & fortunati ſub hoc gradu homines fiunt, non cui præſentes Iuppiter, vel Venus, valdè diuites, nobiliſque animi cognoſcentur, viuent aliquo exercitio honeſto, at ſi Mercurius quomodocunq; gradum hũc reſpexerit, negotiatores, aromatarii, at drogherii fient, iſti, diuites, feliciterq; morientur, liberoſuè ſinent iuſtos, & vene-

venerabiles;horum ſtella eſt Mercurii Saturniq; naturæ.

14

Homines pedetentim, qui honores acquirent, & dignitates hic gradus nunciat, qui niſi à Ioue inſpecti fuerint, vel Venere gradus, benigno oculo,ſuæ vitę in locis humidis paduloſiſque ab eorum inimicis occiſos,terminum imponēt,qui tanto erūt peiores, quanto fuerint quos receperit multos aſcendens maleficos radios, ab his tamē euadere poſſent vtiq; longeuiq; fieri poſſent, ſi Iouis, & Veneris receperit amantem oculum, quem in his recondita eſt gradibus ſtella, Mercurii Saturniq, imitatur naturam.

Lon;

15 Leues mente facit naſcẽtes hic gradus, cui pręſens Mars, per loca ingnota , ac deſerta eos errare atque vagari ſinet, & per maria incognita , in terris enim ſemper laborantes angentur, eorum ſtella naturam Saturni, atq; Mercurii imitatur.

17 Opulenti , longeuiq; ſub hoc gradu naſcentes innuuntur, & inter cognatos primi ſemper erũt, eoq; magis ſi Iupiter, vel Venus benigno vultu eos inſpexerit, erunt fortunati, oppoſitum euenit , ſi Mars , vel Saturnus maligno oculo eos intuebuntur, at ſi fortunę fauentes videbunt gradum hunc à tot malignis influxibus liberabuntur, Martis, ac Mercurii; eorum ſtella naturæ imitatrix eſt.

Dul-

17

Dulciter canẽtes parit hic gradus homines, cui aſſiſtens Mars, vel malefice per aſpectum iũctus, ſuſpenſi peribunt, at ſi fortunæ fauentes videbũt gradum hunc, à tot malignis influxibus liberabuntur, Martis, ac Mercurij eorum ſtella naturæ imitatrix eſt.

18

Magnos animos, at non firma valetudine gaudentes parit naſcentes gradus iſte; at Ioue, Ioue, vel Venere benefice hos gradus aſpiciente, firma valetudine atq; fortes viuent, oppoſitũ eſſet ſi Mars, vel Saturnus eos aſpiceret toruis oculis; ſtella quæ hos prædominatur gradus, Martis, Iouiſq; naturam ſequitur.

19

Optimos oratores facit homines hic naſcentes, hi repleti omni doctrina viuent, acutiſſimoq; præualebunt ingenio, & ſi his aſcendentibus gradibus aſtiterit, aliqua ex fortunis à Regibus atq; magnatibus quam plura bone ſuſcipient, aliquanti ſper verecundi erunt, verum laudabili, atq; perfectis moribus ornabuntur propter quod ab omnibus diligentur; eorum ſtella Iouis Mercurijq, naturæ opitulatur.

20

Errones & peregrinos gignit homines hic gradus iſti diuerſas regiones videre cupiet magna ex parte magis hi efficiet, quam nos in noſtro ITINERARIO CHIMICO, qui vt occultam phyloſophiam dilucidemus, Aleſandriam Egypti pertingimus. Si his gradibus aſcendentibus præſentia ſua Mars aſtiterit in eorum iuuentute, maximis affligentur miſe-

rijs,

rijs,ac ſæpè alijs famulantes viuent, at cum primam ætatem dum pertranſiuerint, fortuna faciem mutabit, ſi vero Iuppiter, vel Mars beneficos in eos radios immiſerint, quãuis in eorum ætate ſecunda ſentient fortunam; eorum ſtella, Iouis, ac Mercurij naturam comprehendit.

21 Primis moribus agitatos præcipites, iracũdoſq; qui ob eorum iracundiam, faciliter homicidia committent, quorum natura rixas amabunt, naſcentes gignit hic gradus, cui ſi alter infortunarum malefice per aſpectum aſtiterit, vel etiam violenta morte mori periclitabuntur; eorum ſtella cum Iouis, Martiſq; natura coincidit.

22 Naſcentes ineptos, inſanos, impuroſq; hic gradus denotat, qui cuiuſuis laſciuiæ cęno maculabuntur, at ſi dictis gradibus Mars aſſiſtēs fuerit, vel quod etiam malefice eos viderit, peiores efficientur hoc ipſum curabit Saturnus, præter quam violenta morte peribunt, ſi vero Iuppiter, vel Venus benefice eoſdem videbit, penitus, tam à vitijs, quam à violenta morte immunes reddentur; eorum ſydus Lunæ naturam tenet.

23 Venatores, hic gradus, & qui tali viuent exercitio facit homines. Hos gradus ſi Iuppiter, vel Venus fauens reſpexerit, Regum venatores efficientur, atq; magnorum dominorum, at vero ſi Mars, vel Saturnus indignantes videbunt eos gradus, erunt miſeri, atq; infęlices; horum ſtella Martis, Mercurijq; naturæ correſpondet.

24 Homines, qui omne tempus eorum vitę impendent ad maria percurrenda hic gradus procreat, libenter nauigabunt varias, atq; diuerſas regiones quibus gradibus beneficè aſpiciẽtibus Iuppiter, vel Venus, in aquis dominabuntur, at ſi Mars, vel Saturnus maleficè cum irradiabunt, magis infortunijs, atq; grauiſſimis diſcriminibus eos ſubiectos faciet; eorum ſtella Martis, Mercurijq; naturæ adminiculatur.

25 Aurifices, ſculptores, pictores, & ſimilia exercentes homines innuit iſte gradus, ex quibus vitam ducent, cui ſi Iuppiter, vel Venus fauentes arriſerint in omnibus in quibus ſe implicabuntur exercitijs fortunam benignam expectabunt; at ſi Mars, vel Saturnus non fauẽtes aſpexerit, valdè miſeri viuent; eorum ſtel-

la Mercurij naturam includit.

26

Quibus hic gradus aſcenderit, miſeri vitam experientur, quod ſi his præſens fuerit Mars, vel Saturnus cum aſpectu malefico, eos efficiet nautas, balneatores, atque aliis ſeruientes, eruntq; valdè abiecti, atq; miſerabiles; eorũ ſtella aſſiſtens Saturni naturæ aſcribitur.

27

Errabundos peregrinanteſq; Orbem naſcentes efficiet gradus hic, ſpinarum punturas ſubibunt, ex quibus mortẽ ſuſcipient, quãdo aſcẽdentes, hi gradus beneficos non habebunt aſpectus Iouis, vel Veneris, euenient eis infortunia; at ſi Mars, vel Saturnus malefice inſpexerint, ſeuiores erunt punturę, atq; lethum eorum, quę ſuper

hoc cadit ſtella gradus cum natura Saturni concordat.

28

Qui ſub hoc gradu naſcentur, incerti erunt, libenterque per Orbem errabunt, & præcipuè per loca deſerta, & inculta, at ſi aſtiterit his gradibus Mars, vel maleficos in eos immiſerit radios dilaniãdos à beſtijs eos obruet in aqueis locis, atque humentibus; verum ſi fortunæ fouentes arriſerint, à praua gradus malignitate liberi euadent; hic ſtella cadit, Saturni, atque Mercurij naturę adſcripta.

29

Bene diſpoſiti honorabileſq; qui ſic naſcentur fient in omnibus eorũ actionibus, quibus ſi gradibus Iuppiter, vel Venus beneficè connectentur per aſpectũ, & Luna bene collocata ex aſpectu cum dictis fortunis, gradibuſq; aſcendentibus, nobiles, diuites, atq; fortunati efficientur, oppoſitum eueniet cum infortunę maleficę, eos intuebuntur; eorum ſydus graduum Martis, Iouis, atq; Mercurii naturę intrinſeca eſt.

30

Qui eorum exercitia in aquis agent ab hoc denotantur gradu naſcentes, atq; artes laborioſas captabunt; hi magis valebunt corpore quam ingenio, cum hi naſcuntur in extremitate caudę Piſcium, quę eſt vltima linea diuidens ſignum Piſcis ab Ariete, atque his præſens fuerit gradibus Mars, eunuchos eos efficiet, at ſi quę

in

in ſeptẽtrionem vergit parte piſcum, quę ſita eſt, vbi Ceruus atque Lepor oriuntur, Venatores procrearet. Si in parte Auſtrali, quę eſt vbi oritur Cętum, & Delphin, inclinaret eos ad talia exercitia; & vt clare intelligamus ſuo ordine elucidabimus, atque diſtinguemus hęc; qui enim cum Ceruo in lucem venient, & iis gradibus pręſens fuerit Mars; bellis proponentur, euadentque duces, exercituũq; ductores extra patriem hi in remotiſſimis regionibus vita priuabuntur. Qui vero ſub ore Cerui in lucem venerint, Serpentes capient, & hi etiam ſi planetam infortunatum non habeant, violenta morte peribunt ſic permiſtẽte maligno ſydere, quod in his cadit gradibus; At qui cũ pede Cerui lucem videbũt; vagi fuerint, & iuxta planetã aſſiſtẽtẽ iis gradibus ſic eueniet, mors nã ſi natura benefici exiſtet, naturalẽ ſentient mortem; ſin malefici, violenter vita finient. Verum nullo planeta, ne è pręſente, nec aſpiciente dictos gradus, infeliciter peribunt: Verum, qui ſub lepre naſcentur; expertiſſimi euadent in gubernandis nauibus, & ſimiliter in maritimis efficiendis inſtrumentis. Naſcentes in cauda Cęti cum his gradibus aſcendentibus aſtiterit Mars, crudeliter à feris dilaniabuntur; qui

in

in duabus Ceti partibus o ientur præſentibus Venere, & Mercurio, potentes homines ſubjugabunt,& in hoc proficientur,ac quam plura fortunę bona adipiſcentur, alii præſentia in hac eadem coniunctione, famuli euadent, verum digni, gratiſſimiq; ſuis Dominis. In tertia Ceti parte inclinantur naſcentes ad nauticam exercendam, qui libenter maritimã Orbis partem nauigabunt, cui ſtellę ſi Mars aſtiterit, eorum valdè præceps erit nauigatio, ſi Iuppiter valdè felix, ſi non Venus ſimiliter fortunati viuent; quotieſcunq; enim Mars aſſiſtens fuerit cum 30. gradu piſcium, homines prębet interficiendos, à piratis, vel in mari, vel in eius littoribus; talis namq; eſt huius ſyderis natura.

Adnotatio circa ſtellas fixas. Cap. XVI.

MAiores, quæ ab Aſtrologis fieri debent obſeruationes circa ſignificationes geniturarum, ſunt fixarum ſtellarũ perſpectiones, quoniam in ijs magis preualet, nam certum eſt, quod ſi aliquis planeta in aliquo angulorum extiterit, & in eo gradu particulari ad fuerit ſtella benefica, maiores futuræ erunt

for-